

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**[Theologische Traktate, gedruckt und handschriftlich] -  
Cod. Rastatt 23**

**Verardus, Maximilianus**

**[S.l.], [Ende des 15. Jahrh.]**

Theologica emphasis siue

[urn:nbn:de:bsz:31-284137](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-284137)

4 10454

CE

UR 495

Ex libri sacre . 1550

# Theologica emphasis siue.

Dialogus super eminentia quatuor doctorū eccle  
się. Gregorii: Hieronimi: Augustini: Ambrosii:  
cum sex centū versibus. Jacobi locher philomusi.



1496  
Nihil sine causa  
.I. B.



Theologica emphasis siue Dialogus sup eminentia  
quatuor doctorū ceclesię Gregorii: hieronymi:  
Augustini: Ambrosii: cū sex centū versibus  
Iacobi locher philomusi.

Decatostichon Ad lectorem.

Cum grege pierio claros consumere soles  
Quem iuuat: & tetricos plegere vsq; sales  
Melegat: ingenuas doctorū succino laudes  
Quatuor: & meritis: nobile fingo decus.  
Sanctorū laudes patrum: nitidiq; triumphū  
Belligerum superant fixa trophęa ducū?  
Altius ęthereas sensus erexit ad arces  
Nemo illis: quorum candida gesta cano.  
Non igitur. lector: teneros explode libellos  
Qui præstant lyricos simplicitate modos

Proludium philomusi & zafii

Sí tibi ludos placet innouare.  
Conscios phœbo pariter sororum  
Mollibus stagnis faciare venas  
Gutturis arctas:

Philomusus

Sí modo gustus laticis beatus  
Te iuuat: cultus p aprica rura  
Tibia incedas: recolasq; docto  
Numina plectro.

Pelle mordaces simul & labores  
In quibus doctum caput obligasti.  
Pelle ciuiles procul a benigno  
Pectore curas.

Expedit phœbū fidicen canorum  
Ciuicis rebus vigiliq; curę  
Iungere: et votis grauib; sodales  
Addere musas.

En tibi phœbus cytharę magister  
Lenis apparet: sapienter idem  
Rebus angustis aderit: secunda  
Protinus aura.

Alteram sortem studii virentis  
Iam mihi nutu Philomuse suades  
Sedulo: ad prisca trahis & camenas  
Auspice phœbo.

Zafius.

Ocium nemo cupit abnegare .  
Qui scit humanę sapienter vsq;  
Sortis incertos moderare cursus/  
Fataq; mundi.

Non ego gēmas: neq; purpuratas  
Quero lasciuis chlamydes: nec auri  
Vena congesti laqueata circum  
Culmina serpit

Heu breui dītes iaculamur auro  
Quo nocent curę miseris edaces  
Vexat & fessos popularis aura  
Corporis artus

Lētus ad pręsens cupio nouenas  
Aoni musas nemoris decoram  
Ad voluptatem reuocare molli

Philomusus.

Pollicis ictu.

Si cupis ergo caua mecum testudine versus  
Pangere: thespíadas & recreare deas  
Incipe molle prior modulato pectine carmen  
Et sic concussi foederis acta tenes.

Zafius.

Non promissa canam fidibus nunc foedera cultis  
Sed tibi scriptorum testis adesse volo.

Fac pcul vt celebres liber is demigret ad vrbes  
Qui fert longeuū posteritatis opus.

Philomusus.

Iam (nisi fallaces tua laus mihi cōgerit astus)  
Transfero grandiloquos ad mea scriptaviros  
Tu tamen actor eris: virus ne sentiat atrum

Zafius

Hic liber: aut rabidi murmura rauca canis,  
Quid metuis? valet illud opus iā pręside phœbo  
Temporis & nullum sentiet exitium

Philomusus.

Fœlix qui tali censeris munere propter  
Quod tribuit laurum Pallas amica tibi.  
Immatura sit hęc quāuis foetura: tenellam  
Attamen etatem pręstat & ingenium.

Sed precor vt teneris iam iam succurat ephēbis:  
Temperet infantes: erudiatq; rudes.

Ad Magnificū ac nobilē viꝛe dominū Heinricū  
de Sax: Baronē & insignis ecclesie Offēburgen  
Rectorem dignissimum. Iacobi Locher Philo  
musi: Epistola.

**A**ffectata quidem familiaritas: & moꝛe studi  
orūq; iucūdiſſima conſuetudo: idemq; fa  
uor & voluntas: humaniſſime Heinrice:  
ingenioli mei candorem: in hanc conpellunt glis  
centiā: vt dies nocteſq; cogitare nō deſinā: donec  
me talē tuis māſuetiſſimis cōfabulationibus oſten  
dam: qualis erga te ob beneficioꝛe magnitudinem  
eſſe debeo. Sed cū nihil ſit in humana vita magis  
gracioſum: aut fructuoſum: q̄ l̄rarū eruditio: que  
ramos fertiles atq; laſciuiētes in cunctas orbis pla  
gas protēdit: tibi de hiſ fructibus primitias offero  
quos nō tellus: aut cętera elemēta ſua diſpoſitōne  
pducūt: ſed quales ingeniū ferax. fauſtaq; virtutis  
germinatio profert et in lucē edit. Solent pleriq; in  
ſeculariū principū laudibꝫ verſari: vt rebꝫ fortiter  
geſtis/condigna ſuccināt pꝛeconia: hi crinitū & im  
berbem Apollinē: cythara decorū: cauꝛq; teſtu /  
dinis dulciſſimū modulatore: ad carminis orſus:  
vberēq; dicendi venā inuocant. Quidam pedibus  
cothurno cinctis/ & cultiori ſymate gradientes Io  
uem optimū maximū implorant. muſarū fauore  
pꝛeſentiq; afflacione ſacri numinis Iſti ſatiant: qui  
heroicā caliopea grā diloquo ac ſublimi mētis con  
a. iiii.

ceptu recinūt: Attenuati & mediocres sciptores mī  
mos quosq; diuos inuocāt. Ego itaq; qui in laudi-  
bus sanctissimoꝝ patrū & sacrarū līarum doctissi-  
morū interptum versor: dubiis volutor gressibus:  
cū rē tantā aggressus sim: vt nō modo musq; Pyri-  
des: sacerq; Castalis amnis mihi sint inuocādi: ve-  
rū etiam venerāda coelicolū corona: quę mihi fœ-  
cūdos eloquii calices: nectarisq; sapientissimū gu-  
stum/larga vbertate concedant/ porrigantq;. Nō  
enī me temeritas aut puius error cōcitauit: vt ani-  
libus ac scabris meis cōmētationibus / tantorū san-  
ctorū memorāda p̄conia texerem: sed volui ma-  
gis (mactus quodā iextinguibili desiderio: quo ad  
hos amandos libens ducor: aliis stimulū p̄bere) vt  
deinceps studio magis sitibūdo thesauros eloquē-  
tię sacręq; matheseos: & oīs vetustatis historias  
quereret. A multis Thomas de Aquino laudes su-  
as mereñ. multi Scotū cāticis honorāt: & vndiq; p  
gymnasia iactitāt. multi Alexādrū de hales: multi  
Bēdā aut Nicolaū de lyra/ veteris istrumenti nō ig-  
nobilē interptē/ laudibus extollunt: orthodoxę tñ  
fidei clarissimos cytharēdos meritis suis spoliāt. Si  
leant: & victi vtī Marsias: subducta frōte in lustra  
tenebrosa discedāt: qui vulgares sacrę paginę buc-  
cinatores obseruāt. hos vero negligūt/ quorū elo-  
quii tuba ad cunctas orbis partes/ sonitū ac classi-  
cū gratiosum emisit. Nō enim solū modo catholi-  
cas līas / in opusculis editisq; codicibus cōperimus  
imo etiā sēculares & facūdas & ex omni parte ela-  
boratas. Quis Hieronimo eloquētior? quis Augu-

stiuo: diuinior: quis Gregorio moralior: quis Am-  
brosio eruditior: vsq̄ extitit: Hieronymus eloque-  
tia Ciceroni pximus. Augustinus diuinis cōtem-  
plationibus Platonī nō dissimilis: argumētandī ac  
differendī acumine Chrysippo cōuenit. Gregori⁹  
mitis eloquio. candidus moribus. & diuitiāz fasti-  
ditor: paupertatis amator sanctis Stoicis se cōpa-  
uit. Ambrosius ciuilibus rebus antea formatus: elo-  
quio togato: se Rhomanis Senatoribus cōforma-  
uit. Sed quia hoꝝ eminētiā in subsequētī dialogo  
cōmemoratur⁹ sum: satis supꝫ satis erit: vt tibi ar-  
gumētī seriē exponē. Introduxī mecū disputātem  
more Socratico Vdalricū Zasiū pthoscribam Fri-  
burgi/viꝝ & eruditū/ & facūdiffimū: qui mecū de  
eminētiā doctissimoz patrū nō infocūdo dogma-  
te concertabit. Cū igiꝝ ad manus nꝛam cōmentatō  
nē suscepissē: malui illā cū noīs tui titulo clarissi-  
mo in lucē pꝫgere: ne malus & plagosus Orbilius.  
aut cryticus male sanus iuueniles ardores nꝛos liuē-  
tibus dētū notis inficeret: Suscipe igitur libellum  
pꝫū/nō fronte caperata: sed exhilarato vultu: in  
quo non iniucūdos labores senties. Vale:

Endecasyllabon eiufdē ad dñm Heinricū de Sax

Ad blandū dñm tener libelle  
Te confer: sibi dicito salutes  
Centeñas: quia gloriosus auctōr  
Est nostri tituli: comesqꝫ vitę  
Iucundus/lepidus/pius/benignus

Philomusus.

a. iiii.

Exopta sibi Nestoris beati  
Successus virides: vices Metelli &  
Huic cursum facilem beatitatis:  
Et sani quoque corporis vigentes  
Artus. atque animū precare doctū  
Ad cultos igitur tener libelle  
Te confer celeri gradu penates.

Emphasis siue Dialogus de eminētia quatuor docto-  
rū ecclīę: Interlocutores: Philomusus & Zasius.  
Philomusus Vm nup̄ inmentē venissent o Zasī: Cicero  
nis Tusculanę disputationes: quas more  
Socratico & philosophica ratōe haud ignobili cō-  
texuit: Incepī mecū vehementius admirari fertile  
Ciceronis ingenīū: & exactissimū in philosophia  
quā gręci tīn ithikīn: appellāt: consiliū: quo vni-  
uersas Italię ciuitates illustrauit. Indigebam igitur  
quēdā priuatim tecū cōmunicare: quę nos ad ociū  
iucūdisimū traherent. Et si nō dubitem te in ciuili-  
bus rebus esse negotiosissimū: & tanquā alterę Scę-  
uolam: aut Luciū Crassum: qui ppter rei publicę  
administratōnē/ad grauescentē vsq; etatē/vix oci-  
um nacti fuerāt: tamē ob amorē philosophię, atq;  
animaduersionis suauissimę: te negotiosum/ dul-  
cissimi ocii comitem esse volo. ZASIVS Equē  
ciuicis turbīnibus: vtī fragilis cymba in faucib⁹ hel-  
lesponticis quassatur: cōtinua turbidaq; tempesta-  
te fluctuor: & pauillum temporis ab illis tumultu-  
ariis offitiis: ad dulcissimas musarū delicias conce-  
dit. quippe mortaliū cura in hanc opiniōnē est de

ducta: vt nihil gratis cōcedat: q̄ obrem summis vi-  
giliis semp̄ indulgeo: vt quęritis rebus ad hūanas  
actōes p̄tinētibus: tādē optatissimū meoꝝ studio  
rū solatiū expleā. et si iā iam vix ociosus esse quęo  
tamē tui cā maxīe/ocio me accingar. Si ergo quid  
dicere vis: licet: ego sedulus auditor adharebo.

**PHILO:** Igit̄ mi Zasi: vt ex omni parte atticos  
ip̄sos philosophando imitari cēseamur: placet vt  
secedamus in hortulū hunc proximū Euphrosinę  
Ceterisq; nymphis & gratiis dedicatū: in quo ve-  
nustatē differēdi: nobis diua numina inspirabunt.  
Ecce hortulū oī fructuū genere florētissimū: Hic  
nardus & crocus Cylīcū: thura Sabeoꝝ: ostrū Sy-  
donicū: odorifera Arabicoꝝ germīa: Maurusioꝝ  
Cytrus & hesperidū aurea mala cū fuluo dracone  
cōspiciūtur. Nō hic Zenonis Stoa hoc est por-  
ticus: nō achademia Platonis: aut platanus illa ra-  
mosa atq; vmbra tilis: nō pyręū Aristotelis illic cō-  
tēplanē: neq; Tusculanus ager: in quo sapiētissimi  
Rhomani socratico more disputarūt. Sed iste hor-  
tulus n̄r: quatuor paradysiācis fluib; (vt vet̄ ca-  
nit historia) affatim irrigatur. Et de omni sapiētū  
genere fluenta/viretaq; iucūdiſsima pducit. Huc  
vt concedamus: oportunū valde esse suadeo. Nō  
hic aura popularis. nō hominū effrenatoꝝ cōmer-  
tia tumultuaria: nō rotarū strepitus: & essedū fo-  
nitus ītempestiuus exauditor: sed placido atq; trā-  
quillo alueo: & herbulis germinātibus scatet fluui-  
olus. qui diuis nymphis obsessus: & lauro corōat̄  
vberrima eloquētię p̄conia nobis suppedītabit.

ZASI. Eamus ergo o Philomuse: talē enim hortulū fore arbitror: qualē tu elegantī perīphrasī depinxisti. Omnes enim plantę eodē se mō atq; ordine habere videntur. & quę quidē ex terra oriuntur cūcta viuīda sunt & germinātia: Vnū tñ est / quod admirari soleo: quis nā ille patronus aut artifex fuerit: qui istuc viridarium tam foelicibus herbulis & florū redolētissimoz; seminibus decoratū / planta uerit. Etenim istec plantatio non mortaliū opera mihi effecta videtur: sed potius diuina. in qua cuncta adeo fulgēt: adeo rutilāt adeoq; vitā ostēdūt: ut campus glisius: siue mauiis: beatoz; sedes: potius q̄ hortulus appellari possit. Cū enim attentius aures arrigo: videor audire harmoniā & symphoniā quādā cęlicā: oēm mortaliū musicā: oēmq; lyricos cōcētus excedētē. Altī<sup>9</sup> ocellos erigēs: audire videor cytharēdū suauissimū / lōga puellaz; caterua comitante: fidibus ęthereis melodon diuinę sapiētę faustissimū concinnētem. qui procerior atq; sublimior cunctos excellere videtur. Hunc Apollinem esse autumo: q; nobis neruos cytharę canoros reddit: & eloquētę affatus suauissimos gratiose supēditat. Etīā plura alia scitū & admiratione dignissima intueri videor: quę me sciendī cupidū faciunt Tu igitur mi Philomuse / refer quid nā iste hortul<sup>9</sup> (ad cuius amenitatē me sollicitasti) significat. Est enim nō ignobile sapiētīū diuersoriū: qui in hoc contemplantur ea quę vires hominum excellere mihi vidētur. PHILOMVSVS. Iam o Zasi oportune nobis obuīam factus es: tua interroga-

tione: volui enim mea sponte tibi in hmoi rebus consultor adesse. Itaque si quid habeo de istius hortuli emphasi & excellentia dicere valeo: me nulla mora tuis interpellabit. ZASIV. Recte quidem mihi dicere videris. itaque faciendum censeo: ut me subito huius admirationis compotem efficias. Nihil enim nunc in eminentissima humanarum rerum gloria conspicitur: quod magis stupescere queam: quam illud hortulum: quicuncta mundi spectacula facile superat. non pyramides aegyptias: non Iouem hamonem in lybicis harenis inter angues squamigeros fluctuantem. non amphiteatrum. non pergama Troiae. non Babiloniam celsissimam turri. non Rhomam caput orbis. non cetera orbis spatiosi miracula: tanti estimo: quam hunc vnicum hortulum rebus pulchris pulcherrimum: floribus florentissimum: germinantibus germinatissimumque: Rectissimum igitur mihi videtur o Philomuse: ut hinc incipiam sumam: ipsum quod scire cupio: interrogem: PHILO. Apparet id quod dicis: optimum esse. precunctari tibi licet: ego pro ingenii mei paruitate ad quesita respondebo.

ZASIVS. Dic igitur mihi: quid insignis atque magna cathedra valet: in medio hortuli: gramine ebore / & rebus mirificis sculpta. quid inquam significat? non enim alicuius rudis artificis manu fabricata mihi videtur. est enim opus parrasii: aut mentoris: siue polycleti: qui huiusmodi monumentis apud priscos claruerunt: & ad posteros perpetuam famam immortalisque nominis gloriam produxerunt.

Imprimis igitur Philomuse carissime: ele-

gantiam sedis expone: deinde qui super illam se-  
deant: mihi liquido describe: PHILO. Cupio  
equidem te huius pulcherrimi spectaculi compotē  
esse: Cathedra quā auro eboreq; insignitam pro-  
cul hinc aspicias: Inmediis hortulis flosculis fulgen-  
tem mira rerum celestium oracula pādīt. Est enim  
hęc Cathedra nō alicuius mortalis artificio effecta  
sed diuino erecta numine: vsq; ad orbis corrupti-  
onem stabilis p̄durabit: Tandem cunctis elemen-  
torum machinis consumatis: ad ethereos choros:  
cū maximis plausibus: ac angelicis triumphis transf-  
migrabit: Hęc est: quam christus suis discipulis p̄  
religionis nostrę conseruatione reliquit: que scu-  
tū formidabile aduersus iudaicam gentilemq; pra-  
uitatem: erigit & expandit: Hęc sedes in cęna do-  
mini ex prophetica sapientia p̄figurata fuit. in  
vrbe Roma: tamquam in totius orbis sanctissimo  
habıtaculo collocata: in hanc vsq; tempestatem  
nostri sæculi perseuerauit. Super hanc fusa est  
sancti spiritus gratiosa sapientia: que summis  
pontificibus diuinitus inspirata: in cunctas orbis  
regiones / cū salutifero classico migrat. Stant iux-  
ta chori christigenū argutissimi: qui sedula vena-  
tione / huius maiestatem diuinitatemq; collaudāt.  
Summus etiā tonans ex beatissima istac cathe-  
dra: omnibus & singulis cultoribus diuini nectaris  
gustū: & ambrosię delicatę morsū affluenter por-  
rigit. Cūcta ī hoc viridario canticis iubilāt: hymnis  
& eulogiis exultāt: cœlūq; mansuetissimis testudi-  
nis tinnitib; implent: vt in hoc venerādo officio:

Ioui optimo maximo / suā diuinā gloriā cōferāt .  
Ab altera parte sedis iterambulāt martyres et xp̄i  
milites sanctissimi: coronis eterne beatitatis deco-  
rati: christianū quenq̄ ad iugū sacre fidei patiēter  
tollendū cohortantur. ostendētes simul mortifera  
atq; liuētia vulnera: quibus a tyrānis truculentissi-  
mis ob fidei nostre dexteritatē cōfossi sunt. Alibi  
innocentes pueri gradiūtur: quos infans cruor &  
sanguis immaturus deo n̄ro gratissimas exequias  
psoluit. Hęc innocētia nos ad huius mūdi ptur-  
bationes euitādas: & oīa scelera postergenda co-  
hortatur. ne longo tēpore corp̄is caduci oneribus  
aggrauati: tandē cū horrēdo magis aiāq; nostrarū  
piculo moriamur. Adest & deuotissimus cōfessor  
gradus: qui mansuetissimis cantilenis / deū omniū  
reꝝ ppagatorē buccināt: & cōtinuo dictitant cir-  
cū cathedrā christianā gradientes prudentissima  
volumina: quibus prauitatem & ignorantia herē-  
ticoꝝ expugnare valeāt. Adsunt & virgines castis-  
simę: & matrone honestissime: quę flexis popliti-  
bus & manibus panis: vota sacratissima sincerascq;  
preces christo offerūt. qui sotir animę nostrarū  
& cœli Archiceraunos merito dicitur. **ZASIVS**  
Hui quid narras? mirabilia quippe istęc sunt: &  
mihi videri solent auditu dulcia: quę iam erudito  
sermone cōmemorasti. te tamen p̄ deū imortalem  
adhortor: vt propius mecum ad hanc delphicam  
sedē accedas: vt illos rectius intueri possim: qui in  
cathedra ceteris sanctis p̄sidere vidētur. cōtempla-  
bor pariter ad oculos eos ipsos: qui circū sedem de-

ambulantes: libros scriptos & apertos manibus tenent PHILO. Nisi te poetarum magister Appollo docuisset litteras interpretari: cytharam pulsare: palæstrā colere; & alia bonarum arcium certamina celebrare: huiusmodi res tanta sciendi cupiditate a me non efflagitares. Sūt enī paucissimi: in theutonū globo qui ea dogmata: sublimioris ac magis heroicę indagationis sunt: studiose perquirant. tu tamen delphico quodā spiritu afflatus: grandia heroicę noscere gliscis. vulgaria vero & in scholis pertrita non assis perlitas. Igitur cū mihi nulla ad reę externę possessio nē sit cura: existimo me operaturę: si studii mei periculum tecū comunicauerim: ZASI. Dimitte ergo sermonis tui urbanas egressiones: ut meę cupiditatis sitim vehementissimam extinguas illico. glisco & affecto scire: qui nam hi sint: quorū confessu iucundissimo cathedra/ sole eoo magis rutilat?!

PHILO Ad rem me non leuis oneris confitendā incitas: non enim fieri potest: ut presidium laudes atque eminentiā tibi promam. sine liuore et graui multorum inuidia: qui iudicii mei libertatem perfundabunt: & conuitiis dilaniabunt. Sunt & enim nunc plerique nostratium hominum litteris & facundia tincti. qui tamen eloquentiā donū deorū non exiguum: canina quadem rabie euomunt. & optimum quę impudenter allatrāt. Si id non pridem veritus fuisset: tibi prope modum obtemperauissem. Te tamen oro: ut mecum summū tonantem precari velis: ut me ab illis: quibus audacia nostra non ignobilis fortassis molesta est: incolumem cō

seruat **ZASIVS** Nescio quo pergere statuas.  
rem quam grauiter eleganterq; exorsus es : imper/  
fectam deserere videris. Dic inq; queso mihi. qui  
nam illi sunt : quorum fulgore & eminētia : Cathe/  
dre solium celatum mirifice splendescit ? **PHILO**  
Sunt equidē quatuor columnę Christianę rei pub/  
licę videlicet : Gregorius. Hieronymus . Augusti/  
nus & Ambrosius : qui iugiter aduersus gentes ne/  
fandissimas & hostes sanguinarios certant : trium/  
phosq; speciosissimos vndiq; colligūt haud illi sine  
merita grā ī cathedra p̄sides sedēt alios sacris lris  
potātes quippe nihil eē pōt : quod anim<sup>9</sup> hōis p̄ci  
pere valeat quod nō horū diuinissima cōtēplatiōe  
cōceptū : in lucem redierit. horū ingenio texta sunt  
victoria tela : quibus hanc sedem catholicam in  
cuncta secula inexpugnabilem reddunt . Muniti  
sūt pariter horū sacratissimis doctrinis miseri mor/  
tales : vt foeliciori successu tēporis : christianis cul/  
tibus vacent : sacrisq; ceremoniis indulgeant : & cū  
speciosiori victoria hereticę prauitati resistent . nō  
tortuosis elenchorum nexibus : neq; verbosa sophi/  
starum digladiatione : Neq; chryssippeis machinis  
pugnant sed aperta & fulgida tela in rabidos bar/  
baros : & christianę sectę impudentissimos hostes  
mittūt : nō sunt vt pleriq; scriptores : eloquio horri/  
dī : sententiis aridī : verborum beatitate ieiuni : nec  
sūt tardi & tenebrosi argumēto & laqueis impedi/  
ti : sed vberimis sacri eloquiū humanęq; eruditiois  
fontibus vniuersa rei publicę christianę : castra atq;  
prata irrigant : inundātq; . Nec sunt : vt magna ps

scriptorū: tātū vnius rei p̄fessores: sed Hieronymi  
Augustini: Ambrosiū: atq; Gregoriū editi codices  
& paginę facū dissimę: omnē sęcularē cōtinent eru  
ditionē. ZASIVS Nonne concedes o Philo  
muse: vt ex ordie de vnius cuiusq; eminētia te inter  
rogem? PHILO. Lubet id quidē: pete ex me  
quicq; id velis: dū annuent musę Pyerides elegās  
verborū copia: & differēdi gratia in p̄sens certa  
men aderit ZASIVS. Cędo inq; mi Philomu  
se. quid in vita diuus Gregorius effecit: ob quod ī  
beneficii solatiū meruit hic p̄sidere cū aliis trib<sup>9</sup>  
monarchis ecclesię? Id tamē in primis admonuisse  
te veli: ne rursus ad egressiones poeticas comataq;  
lōgiuscula descendas: quoniā phœbus australem  
regionē iamā relinquēs. ad Calpen & Atlanticum  
æquor quadriga properat: vt equos fessos: & su  
dore oblitos in Hesperis vndis abstergat. Ideo  
maturanda est istę hortulana deambulatio: ne in  
crastinū diem hanc affabilē narrationē suspenda  
mus. Asserūt pleriq; omnē p̄crastinationē esse &  
detrimentosā & iniucundā. Gratius igit̄ erit vt il  
lico rem finias PHILO: Tibi lubenter obtem  
perabo mi Zasi. Gregoriū hic p̄sidentē sua meri  
ta beatificāt. Nā cū esset edit<sup>9</sup> Romę patre Gordi  
ano senatorio viro magnificētissimo: et m̄e Syluia  
puer diuino quidē numie afflatus: artes quas libe  
rales dicūt: studiosę didicit. & ingenue p̄fessus est  
Cum itaq; sęculari eruditōne munitus plurimū flo  
reret: animi sui cōtemplationes omnes ad archana  
coelestia cōtulit. Diuino igitur nectare epotus hu

manaꝝ reꝝ spectacula: vtí quẽdã ludíbría cõtem-  
psit/ & se totũ christi p̄ceptis applicans: religiosíssi-  
mus ac simul iustíssimus/ cunctis Rhomanis patri-  
bus apparuit. Parẽtibus autẽ suis defunctis: cum  
ingẽs patrimoníũ: cẽsusq; bonoꝝ locupletíssimos  
adeptus foret. non ad apparatus: neq; ad gloriam  
neq; ad magnificẽtiam illis vsus est: sed potius ad  
egestatẽ miseroꝝ placãdam/ subleuãdamq;. Itaq;  
cum puer p̄textat<sup>9</sup> auro/ gemmis/ atq; tyria veste  
decorari potuisset: abiectis p̄rsus illis mũditis/ sor-  
didus & pannosus incessit: cuncta bona paup̄ibus  
erogando p̄ sportulas distribuit. & sex mōasteria  
in Sicilia suis impẽsis p̄curauit & cõstruxit: & fra-  
tres ordinauit: qui xp̄o laudes & cantica dulcia p̄-  
sonarent. Septimũ monasteriũ p̄pe urbem Rho-  
mã condidit: in quo se monachũ fecit: vt cũ maio-  
ri deuotione cœlesti cultui insisteret. Monachus  
itaq; vitã egit deo gratam: animẽ suẽ iucũdíssimã:  
**ZASI.** Magna sunt quẽ narrasti: & non medio-  
crem gradũ ad hanc eminentẽ cathedrã conferũt  
Est ne aliquid quod fact<sup>9</sup> vir sup̄isq; dicatus post  
se reliquit: quod hãc eminentiã glorificare possit?  
**PHILO** Quid igitur? huiusmōi ne viri gloriã  
scire cupis? qui particeps est nostri sermonis quem  
more Socratico inter nos vicissĩ participamus? idẽ  
cũ in loco sacro resideret: ingenii sui fecundíssimis  
viribus libros egregios cõscripsit: in quibus tantũ  
eruditionis est: tantũq; gratiẽ & auctoritatis: vt he-  
retici frontẽ fricent: quotiens hosce aspiciũt. Ho-  
melias nemo melius & diligentius cecinit Morales  
paginam mirabilẽ disciplína scatentẽ/ conglutina/

uit. In qua doctissimus quisque facile p̄sitat: quāto  
decore morales ac theologicas virtutes depinxerit.  
Scripsit itidem dialogos / sermone lucidos: nulla  
sophistarum verborum obscuritas: ingenua & be-  
ata verborum copia vberes: diuinarum sententiarum acrimonia  
plenos. Alia multa & scripsit: & ordinauit: quae pauci  
ex posteris imitando sunt assequuti. Hic ornamenta  
chori: coelestiumque cantilenarum concentus in ecclesia  
militanti constituit. exemplar morum: archetypum  
sanctitatis / inopię / & humilitatis extitit. nec  
fatis esse putauit: hominem scire virtutes: nisi etiam  
bene ageret. Ex populi tandem Rhomani fauoribus  
& diuinis instigationibus inuitus creatus pontifex &  
antistes christianę rei publicę. Hic autem quantum  
Romanę ecclię profuerit: nemo sapiens ignorat. ZASI  
Cū magna voluptate istud preconium audiui: adest  
alter: diuus Hieronymus qui similiter a te predicari  
cupit. fac igitur ut quę breuissime eminentiā huius  
studii exponas. PHILO. Faue mihi diua pallas:  
faute ingenuę musę: ut suis meritis hęc collaudē.  
Hieronymus fausti Stridonis alumnus: artibus liberalibus  
& maxime rethorica insignis puer: adolescens  
rebus & studiis grauioribus indulsit. patriam  
sua sponte deserens: Rhomam caput orbis maximum  
ingreditur: vbi doctos querit & sedulo prosequitur.  
Mox igitur fama eruditionis parta: ad dignitates  
plurimas erigitur. Nauigans ad Gregorium nazianzenum  
Constantinopolitanę ecclię antistitem: grecam litteraturam  
& diuina dogmata explorat: & explorata secum ad  
Assyrios atque Chanęos vectat. Triplici itaque elo-

quio decoratus: hebreo / græco / & latino: omnibus  
admirabilis extitit. O iucūdā nrī Hieronymi facū  
diā O eruditōnē cūctis seculis admirabilē: O dul-  
cissimū pectus: ex quo tā suauia linguę triplicis eu-  
logia manarunt. Sed vt ab hebraicis litteris exor-  
diar: quid nobile habuit in scripturis veterib⁹ chal-  
daica schola: quid Assyria: aut Chāanea: quod di-  
uus Hieronymus nō ad vngem calluerit: Quis sep-  
tuaginta interptes sincerius correxit: & melius in-  
terptatus est: quis vetus instrumētum bilios: quis  
cantica canticorū: quis psalmos & pphetias: quis  
omnē iudaicā historiā eruditius exposuit: quis in-  
ter christiāos scriptores / politiori musa Graios ex-  
coluit: quis vberius latinos: Cędat liuor edax: vt li-  
bere quęam loqui. nō dubito: q̄ si Hieronymus tē-  
poribus Platonis & Demosthenis claruisset Athe-  
nis: fulminea eloquētia (qua cōtra gētes vsus est)  
Philippicas inuectiones demosthenis facile supe-  
rasset Platoni successisset in schola siue achademia  
tū ob eloquentię ideam: tū etiā philosophandi ac  
diuinādi sublimitatē. Quid de latinis dicā: quid  
de Cicerone: qui & si doctissimus & eloquētissim⁹  
simul fuit: hunc tamē nostrū a se non repudiasset.  
sed nemine excepto: secūdas ei partes eloquentię  
prebuisset. O campū eloquio sacro facūdissimum  
O fontes limpidissimos: quibus vniuersus orbis ir-  
rigatus: dulcibus semper poculis exaturatur.  
Sileant cuncti qui de litteris iudicant. nihil eru-  
ditius Hieronymo sanctissimo: nihil eloquentius:

b. ii.

nihil etiā copiosius Rhomana aluit ecclesia . Quis  
enī vnq̄ apud gr̄ecos & latinos fuit: qui tantā secu-  
laris ac celestis eruditōnis cognitionem habuerit?  
Tullius summ⁹ quidē orator extitit: ipsū tñ elo-  
quētia sua in carmibus destituit. Virgilius poetarū  
maximus: foelicitatē ingenii in oratione soluta de-  
corare nō potuit. Noster Hieronymus & versus er-  
legantissimos: & orationes in pedestri genere faci-  
dissimas cōtexuit. Idemq; triplicis linguę doctissi-  
mus interpres extitit. Sed quid est? aut quorsū me-  
furor delphicus trahit? q̄ diutius in laudibus glori-  
osi doctoris verfor: cū has uirtutū testimonia lo-  
cupletissima exhibeant relicta suorū opeꝝ monu-  
mēta: quę omēs res humanarū apparat⁹ excēdūt.  
**ZASIVS.** O voluptuosam venerādi doctoris cō-  
memoratōnē: qua ita incēsus sum: vt hunc solum  
lectiōne dignū arbitrer. Sed iam p̄ge queso ad cę-  
teros/qui huiusce fameꝝ participes sūt. **PHILO.**  
Per Iouē optarē: vt Aureliū Augustini uiuidā lau-  
dem recēdere possem. Hunc Africa p̄duxit: tellus  
nō ignobilis & foemina honestissima genuit: quę  
sacris imbuta disciplinis: filio doctissimo ad fidem  
catholicā incremēta prest̄itit. cū enī calleret omēs  
artes ingenuas: dogmataq; eruditissimorū scripto-  
rū in p̄mptu haberet: deceptus malesano quodā  
errore/in manicheorū sectam incidit. a quo matre  
sua suadente ac incitante se eripuit: Africā deserēs  
in Cisalpinā Galliam migravit. & apud Insubres  
rethoricę p̄cepta docuit. Fama itaq; admiran-  
dus: ab Ambrosio Ep̄scopo Mediolanensium ex

cipitur: & ad fidem instituit. Informatus tãdẽ/iu-  
bar quasi phœbicusq; splendor: radios doctrine ac  
sanctitatis suę longe p̄ Italiã extēdit. monachus  
effectus: multos ordines instituit & institutos regu-  
lis & viuēdi normis saluberrimis reformauit. Edĩ-  
dit libros infinitos: tanta eruditõne refertos: vt ni-  
hil vnq̄ a philosophis gentiũ / aut cœlicolũ / inuētũ  
sit aut scriptatũ: quod Augustini diuinissimã cõ-  
templationẽ imminuere queat. Libros Achademi-  
cos more platonico scripsit. Grãmaticos & Rhetõ-  
ricos non iniucũda breuitate contexuit: maximũ  
tamẽ & fructuosissimũ (mea sentētia) monumētũ  
reliquit de ciuitate dei. ibi a studiosissimo quoq;  
discernitur: q̄ flagrantibus telis / & q̄ alacri lingue  
fulmine / gentes concusserit: q̄tũ etiam gręcos / lati-  
nos / & barbaros: ad librorũ suorũ testimoniũ cita-  
uerit. O beatissimã differendĩ copiam: o argutissi-  
ma disputandĩ retia: quibus Aurelius hostes xp̄i  
implicuit. Cędat Crysippus logica: Carneades sub-  
tilitate differendĩ: Plato diuinitate: Cicero eloquẽ-  
tia: Scotus subtilitate. Cędat Iosephus & Philo iu-  
deus iudaica vetustate. nihil in terras p̄ductũ est  
(vt ego quidẽ arbitror): quod is ignorauerit. O lu-  
minare splendidum summi tonãtis: o fidei nostrę  
spectatissimũ p̄sidium: o sacratissimũ interp̄tem  
cuius doctrina totum lustrat orbem **ZASIVS**  
Abunde dixisti de p̄stãtia diui Augustini: qui  
tantus est (mea sententia) vt vix hominis alicuius  
eloquio satis extollĩ possit. Sed quia mille codices  
quibus sæcula nostra collustrauit. fidem compara-  
b. iiii.

te militię ostentant. tendit sol ad occasum : fac ad  
quartū præsidem properes : cuius laudes & præco-  
nia nō inuitus audiam!

**PHILOMVSVS.**

Ambrosium cupis:  
qui hoc sacratissimum collegium / firmissimo tro-  
phæo stabiliiuit: Rhomanę vrbis alumnus : & viris  
consularibus genitus: nō mediocrē suarū virtutum  
indolem: a maioribus assequutus est. Hic cū lris &  
moribus cultissimus esset: eloquētiaq; togata non  
iniucūdu: meruit gratiā Cæsaris atq; senat<sup>9</sup>. Mis-  
sus igitur præses in Lyguriā & Aemyliam: optimo  
auspicio puñtias suo iuri creditas gubernabat. tan-  
dem successiuo tēporis cursu: cū præsul in mediola-  
no obiisset: & in populo turbę & dissentiones con-  
citarētur. venit Ambrosius ad Insubres: vt tumul-  
tū populi affabili comitate sedaret. Itaq; cum elo-  
quentia mirifica & ingenii præstātia placeret popu-  
lo: vox cuiusdam infātis exaudita insonuit: dignū  
esse Ambrosium: vt episcopus eligeretur. Omnes  
igitur tali pdigio concussi: vel potius cœlesti inspi-  
ramine: Ambrosium episcopum cū magna solenni-  
tate constituebāt. Electus itaq; populū docuit: &  
cultū diuinū apprime instaurauit: parabolas fecit  
sapiētū scripta vndiq; voluit: libros officiorū: epī-  
stolas: de virginitate & alia infinita / scripsit & edī-  
dit. post se etiam monumēta ad diuā scientiā per-  
tinētia reliquit. O mirā eruditōnē. o succos necta-  
ris ætherei: diuinęq; sapientię suauissimos. O mo-  
res & virtutes omni sēculo venerandas. O sincerū  
Christianę rei publice columē! huius eim eruditio

nō solū Italiā: non insubres: sed omēs gentes christo expertes: ad orthodoxę fidei celebratōnē traduxit: O vos theologici professores: huc thura vestra mittite: hic sacrificate: hic tela ex armario insupabili suscipite. dent quęso veniā. si quid scripsero quod aures intollerabiles tundat. Quid prodest quod dies noctesq; scholasticis cōtētionibus vacamus: quid quottidie rhetia teximus: quibus inscios captemus. quid verbosa profunditas: quid inanis verbositas: Leguntur passim: & p̄ scolas volitant scripta Holkoth. Scoti: Będę: Nicolai de lyra: Tictoris: Scriptoris: Versoris: Okan: & quorūdā aliorū quorū nomina consulte prætereo. O miserā ingeniorū iacturā: in tenebris iacere patimur: diuos sacrarū literarū interpretes: Gregoriū/Augustinū/Hieronymū/Ambrosiū/Cyprianū/Lactantiū/Eusebiū Cęsariensē/Septimiū tertulianū/Rufinū/origenē/Hylariū/Anastasiū/Ioannē crysoctomum/& sacre p̄fessionis delicias/Gregoriū nazianzenū in Apologetico certamie. Quid enim nostri (quos vbiq; colim⁹ in theutonicis gymnasiis) sciūt: quod sancti p̄res paulo ante noiati ignorāt: mallē eni cū illis errare: q̄ cū nostris recte sapere: sed tritā semitam ambulare volumus. Dicūt quidā. ex illis elenchos & tortuosa sophismata congerimus: quibus acrius aduersus infideles hereticos/nostrā professionē protegamus. Heu heu: nō verbis/neq; disputatōne scholastica: sed armatis militib⁹ expellēd. ē infidelium iniq̄tas. Colat ergo studios⁹ quosq; memoratos scriptores: quos piis laudibus venerat⁹ su n

b.iiii.

ZASIVS Est ne alia distantia inter quatuor il-  
los Monarchas? Excedit ne vnus alter: aut eloq̄o  
aut eruditioe? PHILO. Aequales sūt (mea sentē  
tia) meritis & eruditione: Si autē comparationē facere  
contendim⁹: per quandā excellentiam diuo Hie/  
ronymo sensum historicum attribuimus. Sensem  
autē moralē siue tropologicū. beato Gregorio.  
Sensem allegoricū: sancto Ambrosio sēsum vero  
anagogicū hoc est sursum tendentem diuo Au-  
gustino. ZASIVS. Igitur nunc precemur deo  
superos: vt nostros sermones ab iniquis calūnia  
toribus & liuidis osoribus tueantur. Quicqd enim  
de eminetia & emphasi quatuor doctoz ecclesie  
predicasti: mi Philomuse: non ad censurā latratiū  
Criticoz: sed ad cultū posteritatisq; memoriā re/  
ferri debet. Faustus ille tuus hortulus: platano lau-  
dabilior: Tusculano iucundior. In hoc enī vidim⁹  
omne genus musicoz: omnē etiā eruditoz homi-  
nū gloriam: qua post fata idulcissima quiete fruū-  
tur. Conspeximus altā cathedrā: supra quā diui-  
ni interpretes sūmi tonātis eternā maiestatem edī-  
ficant. Mihi igitur sic statuendū est: vt tuis volup-  
tuosissimis deambulatōibus semp fruatur. PHILO  
Facies sapienter mi Zasi. Nihil enī ad mansuetu-  
dinem vitę iucūdius esse poterit: q̄ diuinaz ac hu-  
manaz rerū cōtemplatio. Est enī vitę nrę breuissi-  
mus cursus: sed vt annoz breuitatē longeuam fa-  
ciamus: enī oportet sūmis viribus: vt studia phi-  
losophię recolamus: quę post fata & vitę presētis  
corruptionē memoriā aput posteros indelibile

nobis statuunt. Nemo enim propter nobilitatem generis . & diuitiarum copiam perpetem laudem assequitur: sed virtus id efficit: quæ studio liberalium & honestate comparatur. Fateor mea sponte laudabiles esse ægyptiorum pyramides: non tamè perpetuo manent: sed temporis vetustate conteruntur. Igitur dulcissime Zasi te adhortor: vt nostrarum deliciarum cantilenas non velis explodere: ad te properant: teque non iniucunda saturitate explebunt.

**ZASIVS** O dulcissimum colloquium: me modo faustiozem opinor quæ tantis me solatiis satiaisti: fac mihi philomuse vt crebrius hæc Simposia a te recolemur Vale. Finis dialogi.

Præfatiuncula ad Eulogia subsequentiã.

Ellem quidem tales lectores meis tenellis lucubrationibus adesse: qui non ex obstinatione mentis. sed ex moderata fronte scriptoris officium censerent. legant queso hæc nostra viuida ingenii alacritate effecta: & his lectis benigni iudices abeant. nullumque stygma post se relinquat. non edo libellos: vt docere cupiam: sed vt meis cogitationibus fruam: placet cuique pictori sua tabella: placet sculptori cælatura: placet cuique artificii suum opus. Ita nemini mirum sit si mihi mea placent: non tamè adeo placent: vt aliorum scripta negligam: quicquid enim scriptitio: magis ab ingenii fecunditate: natuacque dispositioe: quam ab exercitio manat. Igitur si quis æmulus futurus est: non me: sed ingenium taxat.

et: quod suo calore afflatū hos imaturos & p̄cocef  
fructus l̄ræ educit . Rudi siq̄ dē carmīe laudes &  
eulogiā cōcīnauī: q̄b⁹ veniā simplicitatis apud do  
ctos p̄cari nō desinā . Ite mei labores & vultū ama  
bilē cūctis oñdite: & tu lector boīs alitibus faue .

Eulogiū ad diuū Hieronymū cōtinens breuē  
cōmémorationē Iacobi Locher Philomusi .  
Sī licet & fas est vītas memorare coruscas

Sanctoꝝ: & factis equiperare modos .  
Hieronymū laudare velīm: cui fama decusq̄

Eloquiū magnā constituere fidem .  
Sed quia sum iuuenis sacris nō pastus in hortis  
Coryciūq̄ rugi pollice tango nemus .

Et sterili mea corda situ nutrita mouentur:  
Vt resonent sancti p̄mīa parta viri:

Ergo quos penes est cytharę modulata potestas  
Et quoꝝ vestit laurea sacra caput:

Hunc p̄perent celebrare senē: de pectore cuius  
Atticus effluxit Ausoniusq̄ lepos .

Adsit & inuentor cytharę spectabilis arcas  
Latousq̄ meos afflet Apollo modos:

Et tu bassaridū rector p̄sentibus euhan  
Officiis adsis: tu quoq̄ nata Iouis

Et vos Thespiades nostris redimicula vittis  
Mittite: & incēptū continue melos .

Largius Aonii fluat & nūc vena liquoris  
Et vireat nemoris iam magis ara sacri .

Hieronymi laudes canimus: linguisq̄ fauete  
Sacraꝝ versiculis nūc date thura meis .

Editus hic clari generis de stēmate: faustum  
Virtutis specimen gessit vbiq̄ suę .

Indole de tanta potuit gaudere benignus  
Eusebius: satus quo genitore fuit.  
Dalmata felicitis pariter stridonis alūni  
Lætatur: ciuem cōmemoratq; suum.  
Hic puer instinctu cęlesti ductus & aura  
Pectore de creuit dogmata culta sequi.  
Non hunc delicię molles: lasciuiā marcens:  
Ociā nec puerum dissoluere rudem.  
Non hunc ad fastum fragiles duxere parentum  
Diuitię: partus nec genitoris honos.  
Mundus erat vita: & gestabat mēbra pudore  
Cincta: nec ad mundi crimina pronus erat.  
Iucundos mores tenero sub corde gerebat  
Māsuētis verbis/dulcis & eloquio.  
Mollibus & didicit linguę rudimenta subānis  
Et didicit prisce quod coluere sōphi.  
Deserit hic patrios/census solitosq; penates.  
Nauigat ad sancti limina celsa petri:  
Rhomanas adiens arces diuinitus actus  
Christicolas sūma dexteritate colit.  
Artibus humanis venerandę scrinia mentis  
Erudit: & studio candida membra fouet:  
Affuit artigraphus teneris donatus abānis.  
A quo sermonis lactea pocla bibit.  
Et Victorinus Rhetor facūdus & acer:  
Semina Rhomani contulit eloquiū:  
O quantū docuere virū: quo gloria fandi  
Ad gentes Lybicas venit & hesperias:  
Hic postq̄ sollers animi: studioq; politus  
Extitit: æthereas sollicitauit opes.

Tarpeios igitur proceres linquensq; magistros  
Sub Naziazeno tempora grata terit.  
Hic erat insignis p̄sul telluris achiuē  
Et sacre legis vnicus alter erat  
Nouerat hebreos scriptores atq; latinos:  
Et princeps Graio p̄stitit eloquio.  
Huius ab ingenuo diuinas pectore suxit  
Artes: & sophiē repperit omne decus.  
Huius ab altifonis congeffit grāmata labris  
Eloquiū: rigidis iam bene nota Getis:  
Huius ab insigni concepit numine leges:]  
In quibus infidos frangeret vsq; viros.  
Haud gr̄co contentus erat sermone latinus  
Hieronymus: didymi candida scripta terit.  
Et solymas adiens doctos exaudit apellas  
Sedulus: hebreas discit & historias .  
Sic passim sacris nutritus legibus: urbem  
Rromanā reperit monticulasq; lares  
Hic vbi cardineo sacer insignitus amictu est:  
Ecclesię columen: lex quoq; sancta fuit.  
Non tamē ad fastus formabat mēbra supbos:  
Sed castus semper & moderatus erat.  
Condidit argutas spectandi dogmatis artes  
De cuius multi fonte rigante bibunt:  
Aduersus gentes sublimia sena prophanas  
Edidit: & fidei destruit arma male:  
Hoc hebreorū veteres interprete libros  
Sumpsimus æthereę delitiasq; lyre  
Transtulit hic reges: genesim: sanctosq; p̄phetas .  
Transtulit & veterū mystica sacra patrum:

Transtulit & psalmos atq; organa dulcía vatū:  
Transtulit & quicquid gens recutita canit.  
Sed cū terrenas sordes/cursusq; fugaces  
Inuitis oculis cerneret atq; nefas:  
Protinus humanis castissima pectora curis  
Exiit: & tutā gliscit abire viam.  
Congestis igitur libris: quos numine díuo  
Scripserat afflatus: codicibusq; simul:  
Arcis Dardanię sublimia tecta relinquit.  
Exonerat scapulas Hieronymusq; suas.  
Accedit Solymas: Syrię quoq; pascua terre  
Et Malchi monachi scriptitat hystoriam.  
Et cruce præcinctus Syrię deserta pagrat:  
Inquirít latebras lustraq; vasta sibi.  
Hicheremi ingressus gelidas cecasp; tenebras  
Ossa fame torquet/esurięq; permit  
Edibus in paruis residens miracula pandit:  
Et merens lachrymis líuida mēbra terit.  
Solut & in rigido miseranda piacula luco  
Solut: & officii cantica mcestus agit.  
Præbuit huic requiē lapidoso terra cubili.  
Vix somnū capiūt lumina mcesta senis.  
Sic misere viuēs tacita in solitudine: sentit  
Horrisonos austros: sudíficosq; notos:  
Et cruciat corpus torrenti sole pustum:  
Imbribus & madidis squalida mēbra rigat.  
In cute stat macies: neruox & lurida pestis.  
Diffutis facies stat quoq; sacra genis.  
Aspera cingebat vestis pudibūda: rigenti  
Lustrabatq; heremi deuia vasta pede.

Non Tyrū chlamydes: nō hīc sydonia vestis:  
Non Arabū flores: nō Cyclicūq; crocus.  
Thura Sabæoz nō hīc gestantur/ odor ue  
Affyrius: sterilem sed tenet ille locum.  
Cultibus æthereis inuictō corpe seruit.  
Indulget sacris & sine fine libris.  
Semp & assidue sedes meditatur olympi:  
Et miseris tutā signat ad astra viam.  
Quotidie lachrymas oculis spargebat apertis  
Et gemitus tristes luctiferaq; preces.  
Et torlit pectus mortali verbere sanctum.  
Ad diras caderet ne phlegetontis aquas  
Huic leo crudelis natura: seruit & offert  
Mansuetos posita tunc feritate pedes.  
Archetypon sit & ille piis/ & secta bonoz:  
Qui cupiūt cursus exuperare graues.  
Tu tamē esse velis lector sermone precemur  
Contētus modico: non quia cuncta cano  
Quem tantū vesana trahit fiducia vatem:  
Se satis ad laudes qui putet esse bonas?  
Laudibus hunc cumulent multis iuuenesq; senesq;  
Concīnet huic lepidū turba disertā melos.  
Atticus huic caneret laudes Demosthenes āplas  
Hieronymi legeret si monumēta mei.  
Huic Plato mellifluis caneret venerā da camēnis  
Carmina: celsitonā concreperetq; tubam.  
Pindarus argutę cytharę modulator: & alceus  
Huic cuperēt graię tradere plectra lyre.  
Dulcior Iseo fuit hic: iucuudior Orpheo.  
Atq; pares meruit cū Cicerone vices.

Suauior Argolicis fuit hic: latiusq; poetis.  
Cultior Hebreis: Assyriisq; fuit.  
Tam nitidos lingue prestat monumeta triumphos:  
Et faciunt meritam dogmata scripta fidem.  
Hic tuba christicolu: fidei quoq; machina nostre:  
Hic fuit & columen/presidiumq; crucis.  
Parce tamen vati: q; non miracula pandit:  
Qualia post fatum visa fuere piis.  
Temporis instantis non sum temerarius auctor  
Ut quidam: Eumenidum quos furor usq; trahit.  
Suscipe deuotum famulum vota precando  
Carmina: Gryneo non cogitata deo.  
Sed puro natua magis de pectore plectra  
Concino: diuinis & recitata choris.  
Hieronymi laudes igitur quicumq; decusq;  
Perlegit: hic dicat o Philomuse Vale.

Telos.

Hymnus Sapphicus eiusdem Iacobi Locher Philomusi: de beato Gregorio papa .

Non ducum claros canimus triumphos:  
Bella nec quondam patribus togatis  
Visa: mauortis neq; bellicosa  
Classica famur.

Arma nec regum canimus potentum:  
Martios nec iam lyricis achiuos  
Pangimus chordis/neq; dithyrabis  
Prisca tonamus.

Sed ducum summi canimus tonantis  
Cuius ad laudes tituliq; famam

Non satis crassus genius valebit:  
Eloquiūq̄.

Vix Maro princeps Heliconis amnis:

Vixq̄ Lesbœ cytharę canora

Plectra tam sancti pia gesta patris

Magnificabunt.

Orpheus quis stigiū charonta

Mulserit cantu / triplicesq̄ rictus

Cerberi / & vastū phlegethontis herum

Persephonęq̄.

Sisterit quis fluuios rapaces

Voce materna: viridesq̄ syluas:

Mouerit cantu cytharę iocoso /

Castaliūq̄:

Non tamen digno poterit melodo

Carminis: laudes resonare partas:

Nomen & sacris meritis coruscans

Glorificare.

Editus Romę patre Gordiano.

Syluia matre & genitus pudica:

Traxit & famam genere ex auito

Nobilitatis.

Hic Senatores habuit parentes:

Qui sacros fasces tenuere quondam:

Fausta maiore pariter quiritem

Sceptra fouerunt.

Stematis cello titulo vetusti

Non modo a cunctis veneratur ille:

Sed magis diua nitet ex sophia / &

Dexteritate.

Illius foelix atauus dicatę  
Sedis antistes venerā dus olim  
Qui Petri sanctam tenuit cathedrā  
Remigiūq;.

Spes foret quis generis paterni  
Lumen & clare triplicis coronę:  
Promptus obseruat tamē vsq; macros  
Pauperis vsus.

Artibus puris lepidisq; nymphis  
Impiger sensus aluit tenellos  
Atq; gustauit studio frequenti  
Dogmata Christi.

Suxit & Graios sstiens liquores:  
Et pphetę monumēta voluit:  
In quibus nostrę fidei suprema  
Tela coruscant.

Protinus largos penetrat p hortos  
Dogmatis prisca documēta pandens:  
Atq; cęlestis reboans mineruę  
Guttare leges.

Dulcibus pectus dapibus redundans:  
Nectare & sacro teneros lacertos  
Nutriens: tandem tonuit superni  
Classica regis.

Candidos mores: habilesq; gestus  
Corporis finxit: coluitq; semper  
Dona virtutis: specimenq; prudens  
Auctor amaui.

Spreuit infanos populi fauores:  
Et decus mūdi cupidosq; plausus:

Vrbis: insignes pariter theatri  
Spreuit honores.

Non voluptates nimium fugaces:  
Non opes vanas auidasve gazas  
Congerit: pectus tenet ast ab omni  
Sorde remotum.

Hic egestatis miserę patronus  
Extitit: solamę inopum/salusq;  
Verus & largę pietatis alter:  
Normaq; vitę.

Tunc licet foelix opibus superbis  
Effet & diues: nimium dolosos  
Dispulit nummos celebrandus auctor  
Relligionis.

Struxit ad christi venerationem:  
Claustra sex fratrum Syculis in aruis.  
Septimum sumptu proprio/latina  
Struxit in vrbe.

Monachum in quo se statuit sodalem.  
Fratribus charum: superisq; gratum.  
Seruit & christi famulis libenter:  
Tempore longo

Sericis comptis / tyriacq; veste  
Qui prius fulsit: modo sorditatus  
Pauper incessit: mediocritatis  
Sedulus hospes.

Sponte languentes humeros fatigat:  
Atq; nodose saniem podagre:  
Cum fame dura lachrymisq; pungit  
Debile pectus.

Iugibus curis: miseroq; planctu  
Tundit exhaustas trepidi medullas  
Corporis: querit vigil & serena  
Regna poloꝝ.

Sepe in obscuro meditans facello  
Vota mansuetis precibus refarta  
Lumē æterni supereminēbat  
Numinis ingens.

Angelus fingens speciem miselli  
Naufragi sanctū celer ad patronū  
Tendit: & suplex aliquid rogando  
Poscit ab illo.

Bissenos nummos vicibus duabus  
Angelo nauțę faciē gerenti  
Datq; fulgentē paterā librati  
Ponderis vnam

Tam sacer lecti gregis aduocatus  
Proditur statim populo togato  
Moxq; tarpeiam celebris tonatur  
Fama per vrbem

Dignus vt Petri teneat cathedrā:  
Ducat & remos fidei tenaces  
Et dei firmū statuet trophęū  
Conciliūq;.

Sumit inuitus trepidusq; papę  
Nomen: en curas renuens molestas:  
Gliscit intuta moderare vitam  
Conditione.

Victus ad gentis precibus latine  
Suscipit se dis iuga gratiofus

Dux & a Petro moderata dudum  
Vela gubernat.

Pontifex summos adiens honores:  
Cuncta restaurat monumēta sedis:  
Ordines cleri renouatq; sacros  
Temperat actus.

Nam chori ritus statuit/precesq;  
Sanxit & diuē noua iura legis.  
Et reformauit manibus perhennem:  
Relligionem.

Texuit miris numeris libellos:  
Et salutare scitus innouauit  
Fœderis leges: stabiliuit arcē &  
Pontificalem.

Scriptit & libros lepidis refertos  
Moribus: cœlum quibus impetratur:  
Et pphetias cecinit vetustas:  
Offitiumq;.

Sicq; sublimis meruit vocari  
Doctor: & nostrę columen salutis:  
Spesq; Rhomani meruit vocari  
Pontificatus.

Si modo talem superi patronū  
Mitterent: fessos regeret rudentes:  
Qui modo priscos repararet actus:  
Ecclesiamq;.

Thurcus acceptis furiosis armis:  
Non Iesu christi nitidos triūphos:  
Marte nec fidos famulos cruento  
Dilaniaret.

Tu tamē vultu placido thaliā  
Suscipe: & laudes puer imperitus  
Quas tibi plectro cecinit repenti  
Sancte Gregori  
Telos.

De laudibus diuī Aurelii Augustini. eiusdē Ia-  
cobi Locher philomusi: Hecatoſticon.

O deus eterni regni metuenda potestas  
Diuinos concede mihi sermonis odores:  
Tu quia perpetuo manantia secula cursu  
Dirigis: atq; tuis lucentia sidera voluis  
Nutibus: & semper medius tibi militat ether:  
Et veniunt venti ad tua classica diua proterui:  
Quicquid & in toto mirandum cernitur orbe  
Obsequium picti rectoribus implet olympi.  
Astra: fretum / & tellus / conuexaq; machina mundi:  
Seruitium conferre Ioui pro viribus implent.  
Sed modo non aliud cupio nisi munera fandi  
Laudandiq; modos: Igitur nunc Iupiter alme  
Fœcundos infunde mihi de fonte liquores:  
Aethereo: latices & nunc de nectare dulces  
Redde: quibus superum valeam depromere laudes  
Non mihi Corycię nymphę: non delphica fana:  
Nec nemus Aonium: nec phœbi falsa sacerdos  
Ad subitos prodesse queunt dictamens orsus.  
Tu tribuis vocem: tu dulcia plectra ministras:  
Argutosq; facis cœlesti pollice nervos.  
Non sine te Ciceronis honor mansisset in orbe:  
Nō sine te Graiis nitidis fulsere palaestris.

Non sine te grai nitidis fulsere palęstris:  
Non Plato diuinus celsi scrutator olympi  
Absq; tuo meruit venerandā numie palmam  
Eloquiū: Sophięq; simul / sacreq; Mathesis.  
Fertilib<sup>9</sup> totum fœcūdas fluctib<sup>9</sup> orbem:  
Nec pateris steriles crasse telluris hiatus.  
Das cunctis vitę spirātia mēbra decore.  
Das sensus motusq; graues cū pōdere certo  
Vertice deq; tuo manauit delphica Pallas  
Manauitq; Sophos: virt<sup>9</sup>/prudētia/vires  
Et series regę: mansuetaq; dogmata legis  
Aeternę probitas: & quicquid nobile cretū est  
Funde modos cytharę molles dignosq; teatro  
Iam memorare volo celeberrima gesta: licet sit  
Debilibus mea musa rotis trāsuecta p antrum  
Castiliū: spiretq; rudē de gutture vocem.  
Augustinus adest/meritis pęcōnia dignis  
Expedit: & cęlſi celebratū syrma cothurni.  
Monica digna parēs /lybicis bene nota puellis  
Edidit illud opus cunctis memorabile scęlis  
Ecclesię robur genuit quoq; Monica diua:  
Eloquiūq; tubam genuit sacrosq; lepores  
Quo gentes asię quōdam tremuere prophane  
Cuius & ingenio christi monumēta rigantur  
En veluti fulmē cęloꝝ ex arce coruscans  
Intonat: & tremulo mentes terrore fatigat  
Et casum cęli subitū mortemq; minatur  
Terra tremit: titubatq; truci gens territa motu:  
Sic Augustinus tā sacri pęctoris amnes  
Pandit: & irriguis pluuiis p compita tendit

Et regit igniferi candentia sidera coeli:  
Angelicosq; choros & christi stygmata pandit.  
Perfida Thurcoꝝ trepidat tunc seꝑta/fidesq;  
Impietasq; tremit: funestaq; terra Getarum.  
Augustinus enī teneris lactatus ab annis  
Litterulis puris & vocis grāmāte sacre:  
Et puer edidicit primi certaminis artes  
Libertate bonas: & nobilitatis alumnas:  
Grāmāticen: logicam: & concētus plectra canori.  
Rhetoricosq; locos: seꝑtiuaq; scomata lingue.  
Nouit & ingeniū quicquid fulgebat in orbe.  
Ille manicheus quī sequeretur amore  
Ignaro: tamē a seꝑta purgare nephanda  
Se primū cœpit: latias cū pergīt ad oras  
Insubrūq; sacras exaudit p̄sulis artes:  
Ambrosiū: qui tum christi pietate micabat.  
Ad latiū tulit is musas de vertice p̄ndi.  
Sponte: sed in latio cœlestes imbībīt artes:  
Quas pater Ambrosius promebat gurgite uiuo:  
Protinus ex illo serpunt documēta p̄banda:  
Extirpantq; nefas quod thurcus fuderat atrox.  
Atq; manicheos stimulis & calce laceffat.  
Infringitq; fidem /surgit qua turbidus error:  
Et qua christicolę mortē experiūtur acerbam  
O quantū tibi nos omnes debere fatemur:  
Cuius ope est mūdo nūc gloria nostro.  
Ultima que penetrat spāciosi limina cœli:  
Mittit & ad gentes externas dogmata christi:  
Et sup Europam foelix iactatur & Indos  
Notaq; iam pariter Riphcis montibus instat.

*videtur*

Altiloquas totū faustus diffundit in orbem  
Doctrinas: vario simul & dictamie libros  
Edidit: vt rabide gentis prostraret iniquas  
Pestes: que christi coelestia dona negabat.  
Hoc doctore fides nobis cultusq; remansit  
Et pietatis honor: sic dogmata praua ruina  
Coepere: & subita cecidere ad tartara lapsu.  
Instituit primus fratres hic dux heremitas:  
Et data viuendi nunc obseruatur ab illo  
Regula: principiu dedit hic & Carmelitanis  
Et docuit socios dignos sufferre labores  
Ob christi mortē. laceri quoq; corporis artus.  
Sicq; gradu stabili cultu firmare supernu  
Viribus eloqui potuit: nam mella fauosq;  
Dogmaris aetherei cunctas diffudit in horas:  
Robore quanta tui fidei genuere lepores  
In quibus implicitis gentilia corda tenebris  
Erroru vacuas & numina praua fatigas:  
Participesq; facis mortales nectaris almi

Eulogiu eiusdem ad diuū Aureliū Augustinū.

Parce precor si non ex omni parte triumphos  
Augustine tuos carmine pango rudi.  
O nulli tantus facile enarrabilis auctor  
Qui fidibus latius dogmata prisca canit.  
Hunc timet horrendus populus que secta cruenta  
Ad falsu ducit religionis opus  
Monica digna parens / faustos sub pectore foetus  
Que tulit in mundu: Monica digna pares.

Fœlix ille : tui quẽ lactea scripta saporis  
Pascunt ambrosia fertiliora deum:  
Africa plaude tuo tam fortunata sodali  
Africa plaude tuo tã bene fausta patri.  
Vos Lybici pariter: qui pduxistis alumnũ.  
Tam diuũ: lyricis plaudite quẽso modis.  
Illius ad laudes pperet studiosa iuuẽtus:  
Pangat vt arguta dulcía metra chely.  
Huc veniant christi famuli / & venerãda senectus  
Vt recinant festo carmine dulce melon.  
Huc veniant matres caste / tenereq; puelle;  
Et veniat quisq; dexteritate micans.  
Sexus vterq; colat venerãdí festa patroni  
Hic quia mirífico munere dignus adest.  
Floquio nitido fœcũdas prodidit artes  
Dogmatis & veteris accumulauit opes  
Nemo tam doctus valeat qui dicere laudes  
Illius insignes: emeritũq; decus.  
Condidit innumeros libros: quibus arma / fidesq;  
Tuta manet semp christicolũq; genus.  
Telos.

Carmẽ de sancto Ambrosio episcopo:  
eiusdem Iacobi Locher: Philomusi .

Quartus adest superi diuinus prece tonãtis  
Ambrosius: priscis venerãdus auis. *pre*  
Plaude tuis natis bellatrix Rhoma: triũphos  
Sanctoꝝ recito gesta q; clara virum.  
Festior annus adest: nam gestit Castalis ardor:  
Et clangunt cytharẽ *f*ila canora meꝝ.

d

Gestit Apollo graui versus testudine molles  
Pangere: vaticas & renouare fides.  
Tuq; o qui latū curis equalibus orbem  
Dispensas: nutu cuncta regisq; tuo.  
Ad nostros cantus presens concede secundis  
Alitibus: vati & consule queso rudi.  
Ordiam ecce novos phœbi penetrare meatus:  
Scribere doctoris & benefacta sacri.  
Spes votūq; polo vati procedit ab alto  
Ingenii vires datq; refertq; polus.  
Sum genitus tardi gelido sub sidere plaustris:  
Atq; ortus sensit Arctophylaca meus.  
Non venus: aut arcas: nō signa fauentia cœli.  
Semina virtutis clara dedere mihi.  
Riphœa in glacie rapidū fulcauimus Istrum  
Atq; in theutonico vidimus astra solo.  
Ad patriā nōdum phœbi migrauerat ardor  
Delphicus: aut nemoris bacchica turba sacri.  
Gens alacris mea cristatis alacris Mauortia turmis  
Castra parat: celeri pugnat & vsq; manu.  
Pars hastis longis: iaculis pars certat acutis:  
Et discūt damno bella mouere suo  
Hi volucres tollunt aquilas: quas Austria scelix  
Nutrit: & inuicti cæsaris arma tegunt.  
Hi rutilas portant galeas: hi picta draconū  
Colla leuant Martis cunctaq; damna ferunt.  
Bellipotens igitur ducibus Germamia claris  
Ingenii coluit dogmata culta minus.  
Othrisio sed prompta deo victricia tela  
Obtulit: & cupidas ad fera bella manus.

Ergo age: nō quia me fecit natura disertum:  
Ingenii neruos affer & eloquii.  
Confer laurigeras hedera serpente coronas:  
Necte caput fertis: tempora necte quoq̃.  
Ardua barbaricos nescit facundia campos  
Et renuit mutos clarificare viros.  
Sed quia degeneres poteris mollescere sēsus:  
Et mutis poteris reddere verba viris:  
Protinus aspira teneros in carmine neruos:  
Fundeq̃ de sacro nectare pocla mihi.  
Romulea sanctus quondam prognatus in vrbe  
Ambrosius tenui laude canend⁹ adest  
Nobilitate potens: meritis & clarus auitis:  
Et cōsulari stemmate signa gerens.  
Candida dardanię sibi progenere curules  
Nomina: Tarpeio tūc bene nota Ioui.  
Nobilitas ast illa prior: quo sancta tonantis  
Numina p̄meruit Christicolūq̃ si dem  
Hic tener actęas animo cōuersus ad artes  
Edidicit diuū rite Platona sequi.  
Omne Sophos vetę studio scrutatus: & omnes  
Thesauros reę voluit & eloquii.  
Mira etenī fertur: cunctis memorādaq̃ sc̄clis  
Fama: per Italicas & recitata domos:  
Dum semel in cunis venerandus fortepuellus  
Sterteret: & premeret ore patente genas:  
Examē collectū ap̄iū stridentib⁹ alis  
Conuolat: & secū mella fauosq̃ gerit.  
Os pueri cōplet succis: & mella labellis  
Infundit: dapibus æthereisq̃ cibat.

O puerum sanctū: qualem portenta poloꝝ.  
Monstrarūt: apīū melliferiq; faui:  
Hoc voluit mōstrare deus signāter in illo  
Vt fidei nostrę buccina clara foret  
Dulcia mella quidem līnguę monumēta disertę  
Portendunt: fontes eloquiūq; sacros:  
Gratia cœlestis puero pmissa tenello:  
Signa dedit populis hęc manifesta piis.  
Iam sileant Grai diuū iactare platona.  
Nil maius docto nascitur Ambrosio  
Sint licet acteis miracula visa colonis:  
In quibus emicuit rite Platonis honor.  
Delitias apīū gustans & dulcia mella  
Protulit eloquiū monstra stupenda sui.  
Hic reserauit opes sophię: causasq; reclusit  
Rerū: nam auctore candida fama probat.  
Ast hic (quē canimus) sedē omnipotētis olympi  
Amplificat: fidibus doctus vbiq; suis.  
Et facit vt christi passim monumēta resurgant:  
Et niteant sūmo templa dicata deo.  
Missus ad Emiliam semel hic ligurūq; colonos:  
Consensu diui Cæsaris atq; patrū  
Subiectas alacer certo moderamine gentes  
Temperat: & nutu credita sceptrā regit.  
Insubriūq; caput Mediolanīq; penates  
Ingreditur: turbas comprimīt atq; graues.  
Concidit interea p̄sul Auxentius: atra  
Morte: subit tristi fata seuera lue.  
Infantis subito sonuit vox clara p̄ urbem:  
Prodidit & summi mīstica vota Iouis:

Pręsulis Ambrosiũ dignũ conscendere sedem  
 Vox tonat infantis: auguriũq; fuit.  
 Acceptans igitur fulgentes pręsulis arces  
 Lege regit cunctos/dexteritate/side:  
 Et gerit acceptas antistes sanctus habenas:  
 Instituitq; bonos ad pietatis opus.  
 Hoc ductore fides passim rhomana relucet.  
 Thurcoꝝ impietas hoc duce victa iacet.  
 Virtutis libros scripsit / fideiq; columnas  
 Edidit: & celebri dogmata culta manu.  
 Officia ex mediis calamo congeffit athenis:  
 Et didicit quicquid Graia palestra tulit.)  
 Virginitatis opus multũ mirabile prompsit.  
 Atq; alacri scripsit pollice mille libros.  
 Digna tibi vellem tenui pręconia plectro  
 Dicere: si linguę larga fluenta dares.  
 Ambrosiũ / genitrix te nõ sine laude vocauit:  
 Ambrosiam biberas nectar ut æthereum:  
 Exiuit de te cœlestis vena liquoris:  
 Pectore deq; tuo transit omne sophos.  
 Tu tuba terribilis: Thurcis metuenda pphanis:  
 Et tua gentiles classica sepe timent.  
 Eloquio comis: dexter probitate fuisti  
 Ingenio mitis: imperioq; probus.  
 Tu piger ad pœnas: ad præmia cœlica velox:  
 Te memorẽ longo tempore fama canet.  
 Da mihi fœlicẽ lapsuro in tempore cursum  
 Da faciles mores: fructiferasq; vices:  
 Vt tuto possim tumidos transcendere fluctus  
 Remige: securas & penetrare vias  
 Telos.

d. iii.

Epistola Iacobi Locher Phylomusi Ad clarissimū virum Sigismū dum Krutzer Iuris pōtificii doctorē . Ratisponensis & Brixinē ecclesiarū Canonicū : dominū suū multum obseruabilem .

Nisi mihi iam dudū honestatis ac liberalitatis tuę cōditio p̄specta penitusq; cognita foret: Sigismū de humanissime : te non ieiunis ac horridis nostris lucubrationibus vltra modū tēperatię sollicitarē . sed cū sis nature bonitate multū insignis: & morū splēdore p̄amabilis : sis etiā tuapte natura / īgenio multū viuīd⁹ : eloquentię flosculis adornat⁹ : & ad quodcūq; dicēdi / differēdiq; genus p̄mptissimus : nō abre iustissimus quisq; litterarū censor me fecisse arbitrabitur: si & humanissimā vitę tuę cōditionem equa statera pensitauerit: & meā erga te beniuolentiā examine iusto trutinauerit . Nam si tēporum qualitas / atq; necessitas fortunę mihi cōcederet: ut libere p̄ globū virtutū tuarū p̄agrarē posse: nō epistolio cōtentus essem: sed p̄henni quadā hīstorię cōmemoratiōe tua magnifica p̄conia cōtexerē . Sed quia bonę iuditiō tua benefacta est: marigliſcis: nec pendes ex vulgī p̄turbata opiniōe sed ex morū p̄bitate / & cōspicua viuendi consuetudine: laudes tuas p̄dicari a doctissimo quoq; patēris . Non enī tam auersus sum ab humanitatis officio: vt acceptorū beneficiorū nullā omīno aut saltē minimā recōpensationē habere velim . Ingratitudinem enī maximā īter mortales esse pestē quis est q̄ dubitet? Ornasti me amplissimis muneribus. & mu

fas nostras (si licet eas tam venerando nomine vocitare) barbarie lurida obsitas: & cōtemptu prorsus abiectas: ita tuo splēdore / alacritateq; suscitasti: vt non modo politioris huius gustus ac delphicę lauri hospes esse videaris: sed vindex acris: quippe litteras pene fugiētes speciosissimo tuo spectaculo ad lucē reuocasti. Quis est qui nō apprime cōmendet tuę vitę ppositū: Nam cū prisci sapientes / multa ac diuersa studioꝝ dogmata posteris reliquerint: Inter cuncta tamē veterę monumēta / diligētiori cogitatioē hęc nostra poetica & oratoria probas: & approbata p̄tinaci labore studioq; frequētī veneraris. Vtinā nostrates te aspicerent: teq; p̄ exēplo imitentur: quīs enī in bonis fortunę magnificus sis: & beatus & foelix: arrideatq; rerū externaꝝ copiosissimus tibi fauor: nō tñ studia litteraꝝ (quibꝰ nihil vtilius: nil iucundius: nil deniq; fructuosius haberi potest) prorsus explodis: vt nōnulli faciūt: qui in diuitiis: aut honoribus summā beatitatem collocāt. Nisi enim litterę mortalibus dignitates & cōmoda tanta afferrent: nunq̄ ad posteros tanto cultu: tantaq; veneratioē puenissent. **Q**uobrem nō sine causa dixit princeps eloquētię Rhomanę Cicero. Nā nisi multoꝝ p̄ceptis: multiq; litteris mihi ab adolescentia suasissem: nihil esse ī vita magnopere expetendum: nisi laudem atq; honestatem: ad quę p̄sequenda omnes cruciatus corporis: omnia pericula mortis atq; exilii parui esse ducēda: nunq̄ me p̄ salute vestra ī tot ac tantas dimicatioens: atq; in hos profligatoꝝ hominum quotidianos impetus

obieciffem. Sed pleni omnes sunt libri: plene sapi-  
entum voces: plena exemplorum vetustas: quæ ia-  
cerent in tenebris omnia: nisi lřarũ lumen accende-  
ret. Veri itaq; philosophantes / cũ de formula ho-  
nestatis differerent: eam in studio litterarũ & ope-  
rationibus virtutũ sitã esse existimarũt. Sed quia  
ad studiũ eloquẽtię te sepenumero cohortatus sũ  
& iã iam cohortor: cũ eo nihil voluptuosius ac ad-  
mirabilius esse queat. Hęc enĩ animaduersio: qua  
poetę & oratores ingeniũ exercere solent: huma-  
nissimã ac liberalissimã veteres semp iudicauere  
Nam cęterę res (vt ait Cicerō) neq; temporę sunt:  
neq; ętatum omniũ: neq; locorę. Hęc autę studia  
nostra (quibus Gręcorũ & Rhomanorũ principes  
quondã præcipua gloria floruerũt) adolescenciam  
agunt: senectutę oblectant: secundas res ornãt: ad-  
uersis pfugiũ ac solaciũ præbent: delectant domi:  
non impediũt foris: pnoctant nobiscũ: rusticantur  
pęgrinant. Qz si ipsi hęc studia neq; attigere: neq;  
sensũ nostro gustare possemus: tamẽ ea mirari de-  
beremus: etiã cum in aliis videremus. Ita facis mi  
Sigismũde: qui nõ solũ nrã poetica admiraris sed  
studio & iugibus curis adipisci niteris. Perlege igitur  
consors nostrę thalię: pueriles versiculos: quos  
de laudibus quatuor doctorum cocinnauius.  
Vale: & me ama vt soles:

Nihil sine causa.

.I. .B.

Ad Librū suū : Epigrāma Philomusi.

Vade p̄ insignes turba comitante palēstras  
I liber : auctori iam quoq; redde fidem.  
Non tibi latrabūt rabioſę sibila linguę |  
Nec pandet rictus emula turba suos.  
Crispato naso nec Rhinocerotā timebis.  
Nec critici duri stygmata picta feres.  
Non tua lasciuos exponit pagina versus:  
Sed modo cœlicolū candida gęsta canit.  
Gymnasiū quodcūq; tuos versare labores  
Gliscet: nā fingis dexteritatis opus.  
Rusticitas quīs sit multū auersa disertis  
Hęc tua sed culta simplicitate places.  
Quatuor eloquio doctosq; pręmia miti  
Prompsisti: & laudet te puerile decus.  
Te Catho rhomanę censurę maximus augur:  
In medio legeret conciperetq; foro.  
Et tibi plaudentes sonitus rhomana iuuentus  
Redderet: ingenuis exaturata modis.  
Antea mandatū dedimus quo lūida morsus  
Murmura vitares / inuidamq; simul.  
Non etenī ad madidas quorū dā curre tabernas.  
Quī calice epoto carmina facta librant.  
Vade sed ad doctos renouata fronte patronos  
Sub linguis quoq; nulla venena latent.  
Te capient iuuenes quibus est innata voluptas  
Perlegere Aonias / Castaliasq; deas.

Telos

Ad Iacobū Locher Phylomusum: de digno q̄tuor  
doctoꝝ ecclīę p̄conio: Elogiū Sebastiani Brant.

Q̄ modo doctores suauī modulamine pangis:  
Dignū opus inprimis mi Phylomuse facis:  
Qui non spurcīdīcā in Venerē: neq; vana iuuentę  
Ad studia/extendis carmina & ingeniū.  
Pręditem tribuit venā/tibi fausta Mīnerua:  
Est nīhīl vnde mīhī charior esse potes.  
Pręsertim cū te studio indulgere pbato:  
Et videam sanctos concelebrare viros.  
Dulcius hoc vno/mihī nec iucūdius: a te  
Nec potuit quicq̄ gratius vsq; geri.  
Ecclesię q̄ enī doctores carmine lustras:  
Hīnc tibi doctoꝝ nectis amore choros.  
Hi sunt quadrupedes iuga qui phębeia vectant:  
Bis binīsq; rotis lampada Solis agunt.  
Hęc sunt quę seruant animalia quatuor/Argi  
Plena oculis: sedem nocte dieq; dei.  
Quattuor irrigāt paradysum/ hęc flumina cūctū:  
Atq; implent campos fructibus omnigenis.  
Quicquid ab ingenio: potuit uel arte/vel vsu  
Profluere: his scatebris fluxit abunde sacris.  
O studiū/o mores/o vita insignis/& omni  
Parte bona/& scēlix: o venerāda cohors:  
Quis vestras laudes: p̄conia digna: triūphos.  
Pręmia describet: munia vestra canet!  
Cornua vos summi/vos buccina clara tonantis:  
Altisonę cęli/vos vigilesq; tubę:  
Efficite vt vestra prece/pręsidioq; paretur  
In terris bona pax: post pia fata quies.

Ad Iacobū Locher Phylomusum: Iohannis Berg  
man de Olpe Prębendarii Basiliensis ecclesię: hu-  
ius impressurę promotoris: Decastichon.

Quandoquidem dignū sumpsisti Iacobe laborē:  
Quū tua doctores docta Thalia canit  
Hinc tibi (qui laudes cupio amplificare bonorū)  
Hūc p̄pere impressi quē modo mitto librū.  
Quo tua multorū volitet pia fama p̄ aures:  
Tam celebre & clarū qui modo pangis opus.  
Perge modo inceptis neu defice (posco) p̄batis.  
Et bene cū doctus sis: bona semp agas.  
Hinc tibi nam perpes nasceť gloria viuo.  
Postq̄ hominē exutū / vita beata. Vale.



pro dno decano badensi